

In nomine Domini nostri Iesu Christi &
ejus genitricis Virginis gloriosae totiusq; Curiae celestis amen
Cunctis pateat euidenter qd Ego Ioannes AymERICI miles
Conciliarius, et Alguazirius major Multissimi domini Regis
domiciliatus in Civitate Minorica attendens et Vere sciens
qd natura humana est mortis legibus obligata in tantum
qd nullus in carne positus mortem potest euadere corpora-
lem Id Circo dum bano regit mentem meam cuius
per Dei gratiam et in meo pleno sensu ac memoria mea
integra cum firma loquela meum facio condico & ordino
testamentum in & cum quo eligo mihi Manumissores
et huiusmodi testamenti Executores sine eorum damno, et
verum suorum Vt honorabilem Franciscum Delcamora
licentiatum in legibus civem Barone discretum Romanum
de Casellis presbiterum Montiserrati et dominam Andreuam
uxorem meam quibus rogando persequo & plenam confero
potestatem qd si me mori contigerit ante qm aliud mihi
condere liceat testamentum ipsi mei Manumissores aut dicta
uxor mea sola dividant distribuunt & ordinent sine
dividat distribuunt & ordinet de bonis meis pro ut a me
inferius inuenerint seu inuenerit ordinatum In primis
Igitur et ante omnia Comendo animam meam altissimo
creatori eidem humiliter supplicando quatenus cum ipsa
anima mea a corpore fuerit separata dignetur eam collo-
care sua misericordione inter anima suorum civium super-
norum corpus meum Subeo sepeliri in Ecclesia Monasterij
Sacrum Beatae Mariae de Monte carmelo Civitatis
Minorica super simulacrum in quo domina mater mea
sepulta est Iobens ordinans & mandans qd ipsa tota
altaris maioris dictae Ecclesiae a primis gradibus ipsius

12
parimentot de rajola de bonis meis et in s. di et in dicto
tumallo vlt. ad lacu igris fiat quedam tumba duxta
mei hanc in qua corpus meum sepelietur pro ut decet
quam quidem sepulturam nonenarum et capud anni volo
qñi iudicio & cognitione Manumitorum meorum predictorum
aut dicta uxoris meae solius quodq; ipsum corpus meum portent
ad sepulturam duodecim pauperes qui induantur singulis gramini
et capiti de panno leuto qui inde emanat de bonis meis qua
sepultura facta dicta gramini & capucia sine proprie dictorum
pauperum amore dei et disponenda aliter de bonis meis volo
ordino atq; mando qd a die obitu mei ad unum annum cum
primo Venturum & continue computandum heres meus Uni:
uersalis ingeo habeat et teneatur emittare in eam Civitatem
Cesaraugustae Regni Aragonum in loco tuto & securo ducentos
florennos auri de Aragonum rediq; ponderis de quibus emat
tot censuale mortuum aut alios redditus q; inde emi seu
habingoterit aut poterit quod seu quod cum empi fuerit
assignet Venerabilibus Religiosis Priori & Conuentui fratru
Beate Marie de Montecarmeli dictae Civitatis Cesarau:
gustae in Ecclesia quorum corpus honoris domini Bernar:
di Aymezici q; militis patris mei fuit sepultus qui Vener:
Prior & Conuentus habeat & teneatur anno quolibet
pergeat tali die quali heredi meo ingeo placuerit quoddam
Anniversarium pro animabus dominorum parentum meorum
Dominum Gadelium defunctorum celebrare et inde
absolvant super tumulum dicti domini Patris mei pro
ut similia Anniversaria in dicta eorum Ecclesia sunt
fieri solita de quibus bonis meis dimitto Mauritio filio co:
muni mihi et dictae uxori meae illos duos mille florennos
auri de Aragonum quos ego certis iuris titulis sine causis
habeo & mihi pertinent in & super Caltrum & feudum
sela Navinera et predictum legatum facio dicto Mauri:
tio sub tali pacto & conditione qd si dictus Mauritius
viverit quodcumq; sine liberis vel cum liberis nullus

13
quorum perveniat ad etatem quindecim annorum et etiam
si et in casu quo dicta domina Andreea uxor mea heredi:
taret ipsum Mauritium filium meum de castro de Tala:
manca et de Blondori in usq; casu predictorum volo qd
legatum eius predictum revertatur heredi meo uniuersali
ingeo exceptis centum libris quas in dictis casibus lego sibi
et de quibus possit tetari et suas qualibet facere vo:
luntates deinde lego Constantia Maria et Agnes filias
comunibus mihi et dictae uxori meae vlt. cuilibet ipsarum
cum collocata fuerint in matrimonio quae inde habeant
& teneantur collocari in matrimonio de Consilio & Volun:
tate exgressis dictae uxoris meae et illorum unicorum
meorum quos ipsa uxor mea eligerit mille florennos auri
aragonum In hi ponderis et predictum legatum facio dictis
filibus meis qd si dictae filiae meae aut aliqua ipsarum
decesserit quodcumq; sine liberis vel cum liberis quod
nullus perveniat ad etatem quindecim annorum legatum
sic decedens revertatur heredi meo subscripto exceptis
centum libris de quibus qualibet ipsarum filiarum mearum
ex legato predicto possit tetari et alias suas voluntates
Item lego Venerabili Bernardo Aymezici Priori meo centos
decem solidos deinde lego cuilibet Manumitori meo pro
onere manumitoria centum solidos cuncta vero alia
bona mea mobilia & immobilia et iura uniuersa ubiq;
mihi pertinentia et pertinere debentia ac competentia
quocumq; modo et quacumq; ratione seu causa dimitto
Joanni Berengario Aymezici militi filio comuni mihi
et iam dictae uxori meae et ipsum Joannem Beren:
garium filium meum mihi heredem uniuersalem
In hiis ita tamen qd ipse soluat omnia & singula
legata predicta & sumptus mei funeraria et sepulchra
et exequia unitionis meae et omnia alia per me super
ordinata et fieri mandata & soluat omnia debita
mea quae vera apparuerint et restituat omnes meas
inurias quae vere apparuerint breuiter simpliciter su:
marie et de glorio sine stragione & figura iudicij &

si forte die obitus mei dictus Joannes Berengarius filius meus non
 vixerit vel ubi vixerit et mihi heres non erit puta quia noluit
 aut non poterit heres meus esse vel ubi fuerit mihi heres et decesse-
 rit quandocumque sine liberis legitimis et naturalibus vel cum talibus
 liberis legitimis et naturalibus nullis quorum pervenerit ad etatem
 quindecim annorum hijs caibus et quolibet ipsorum substitutione sibi
 et mihi heredem universalem in ultimo dictum Mauridium filium
 meum si tunc vixerit in autem liberum seu liberos suos legitimos
 et naturales si tunc extiterit seu extiterint et si plures fuerint pri-
 mo natum ex ipsi aut inferius declaratur et si forsan dictus
 Mauridius filius meus tunc non vixerit nam liber seu liberi
 legitimi & naturales tunc extiterit seu extiterint vel ubi vixe-
 rit et mihi heres non erit puta quia noluit aut non po-
 terit heres meus esse vel ubi fuerit mihi heres et decesserit quan-
 documque sine libero vel liberis legitimis & naturalibus vel cum
 tali libero seu liberis qui non fuerint in sacris ordinibus consti-
 tuti vel in ordine Religionis nullis quorum pervenerit ad
 dictam etatem quindecim annorum substitutione sibi & mihi
 heredem universalem in ultimo dictam Constantiam filiam meam
 si tunc vixerit in autem liberum seu liberos suos legitimos
 et naturales si tunc vixerit sine vixerint et si plures fuerint
 primo natum ex ipsi et si forsan dicta Constantia filia
 mea tunc non vixerit vel ubi vixerit et mihi heres non erit
 puta quia noluit aut non poterit heres mea esse vel ubi
 fuerit mihi heres et decesserit quandocumque sine libero vel
 liberis legitimis et naturalibus vel cum tali libero seu liberis
 qui non fuerint in sacris ordinibus constituti vel in ordine Reli-
 gionis nullis quorum pervenerit ad etatem predictam quin-
 decim annorum substitutione sibi & mihi heredem universalem
 in ultimo dictam Mariam filiam meam si tunc vixerit in au-
 tem liberum seu liberos suos legitimos & naturales si tunc
 vixerit sine vixerint et si plures fuerint primo natum ex
 ipsi Verum si dicta Marta filia mea tunc non vixerit
 vel ubi vixerit et mihi heres non erit puta quia noluit
 aut non poterit heres mea esse vel ubi fuerit mihi heres
 et decesserit quandocumque sine libero vel liberis legitimis

[Signature]

et naturalibus vel cum tali libero seu liberis qui non fuerint
 in sacris ordinibus constituti vel in ordine Religionis nullis
 quorum pervenerit ad predictam etatem quindecim annorum
 substitutione sibi et mihi heredem universalem in ultimo dictam
 Agnetem filiam meam si tunc vixerit in autem liberum
 seu liberos suos legitimos & naturales si tunc vixerit sine
 vixerint et si plures fuerint primo natum ex ipsi dum tamen
 non fuerint in sacris ordinibus constituti vel in ordine religio-
 nis Volo acamen et ordino ac mando quod ubi hereditas & bona
 mea pervenerint vigore dictarum substitutionum ad aliquam
 dictarum filiarum mearum et ex ea seu ex ipsa seu ipsi
 vixerit seu vixerint liber vel liberi legitimi & naturales
 qui non fuerint in sacris ordinibus constituti vel in ordine
 religionis predicta filia mea aut illa ex ipsi de quam he-
 reditas mea pervenerit habeant & teneantur sine habeant
 et teneantur in testamento aut inter vivos hereditate &
 dictis hereditate et bonis meis primo natum ex dictis libe-
 ris suis qui non fuerint in sacris ordinibus vel in ordine
 religionis constituti sub tali tamen pacto & conditione
 ac retentione quod ipse liber hereditandus per aliquam ex
 dictis filiabus meis modo pre expresso assumat & assumere
 teneatur cognomen meum et facere & portare signum
 meum tibi vero tunc duo aut plures liberi legitimi &
 naturales dictarum filiarum mearum aut earum aliquibus
 mei heres non erit puta quia noluit aut non poterit
 heres meus esse vel ubi fuerit mihi heres & decesserit
 quandocumque sine libero vel liberis legitimis & naturalibus
 vel cum tali libero vel liberis qui non fuerint in sacris
 ordinibus vel in ordine Religionis constituti nullis quorum
 pervenerit ad dictam etatem quindecim annorum hijs
 caibus et quolibet ipsorum substitutione sibi et mihi heredem
 universalem in ultimo superbitem ipsius et si duo aut
 plures fuerint primo natum ex ipsi cuius similiter facio
 substitutionem Et sic sequatur et sequi Volo inter omnes
 liberos legitimos et naturales dictarum filiarum mearum
 & cuiuslibet earum a primo ad ultimum ordine primogenitus

[Signature]
 GOVERNO DE ARAGO

[Faint, illegible handwritten text at the top of the left page]

[Main body of faint, illegible handwritten text on the left page]

[Faint handwritten text at the top of the right page]

nº

Fuente de ...

3

1900 - 061 - 00